A collection of processes of beatification and canonization

Catholic Church. Congregatio Rituum

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Eño ac Rño Dño

Card. DOMINICO FERRATA

RELATORE

BAIOCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

Ven. Servi Dei

JOANNIS EUDES

MISSIONARII APOSTOLICI

et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae

nec non Ord. B. M. V. de Charitate

NOVISSIMA POSITIO

super miraculis

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. C. DE PROPAGANDA FIDE

1908

BAIOCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

JOANNIS EUDES

MISSIONARII APOSTOLICI

et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae

nec non Ord. B. M. V. de Charitate

FACTUM CONCORDATUM.

Illa sanctitatis gloria, quam venerandus hic Dei Servus, vivens adhuc, est promeritus ita ut praeclarissimi quoque viri et Sanctus ipse Vincentius a Paulo eum summa dignissimum existimatione praedicarent, eius post obitum crevit, invaluit, mirifice in dies propagata est et undique apud omnes diffusa. Quapropter de Causa Beatificationis ineunda constitutum unanimi desiderio fuit: expletisque omnibus quae Ius nostrum requirit, die sexta Ianuarii anni 1903 solemni Tui Antecessoris decreto de heroicis ipsius virtutibus rite constare sancitum est.

Haud longo elapso tempore, scilicet anno 1907 die Ianuarii nona et vigesima, meis in aedibus Congregatio est habita, quam dicunt Antepraeparatoriam, ut examini subiicerentur miracula, quae, Venerabilis huius intercessioni tributa, ad eiusdem Beatificationem proponebantur.

Post annum, scilicet die vigesima octava incipientis huius anni 1908, coactus est in Palatio Apostolico Vaticano Coetus Praeparatorius ut nova eodem super Dubio fieret disputatio.

Nunc igitur tantummodo remanet ut quaestio novissima de miraculis coram Sanctitate Tua instituatur; ad quam rite pertractandam, sequens propono Dubium iam cum S. Fidei Promotore concordatum: « *An et de quibus* » *miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur?* »

DOMINICUS Card. FERRATA

Causae Relator.

BAIOCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

JOANNIS EUDES

MISSIONARII APOSTOLICI

et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae

nec non Ord. B. M. V. de Charitate

NOVISSIMAE ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur?

Beatissime Pater

1. Prouti in decreto, de Ven. Ioannis Eudes virtutibus heroicis edito, erant actores iussi, quatuor sanationes proposuerunt, quas sacro huic Ordini per prodigium effectas probarent. At in prima Viri ex officio periti cum offenderent adversam sententiam, arbitrati sunt, eam tollere e medio consultius esse, quam iniqua conditione propugnare. Igitur tres iam supersunt, quas satis futuras ducunt, si, quam veniam Romani Pontifices in causis religiosorum coetuum Institutorum concedere consueverunt, et ipsi sint impetraturi. Quamquam vero hae tres sanationes Virorum peritorum ex officio secundis sententiis ad nos suffultae

revertantur, sunt tamen loca quaepiam, quae, uti oportebat, illi non declaraverunt, nisi potius dicas, post illorum vota, quasdam difficultates maiores quoque vires adeptas esse. Igitur has mearum partium est denuo proferre in medium.

MIRACULUM PRIMUM

Instantaneae perfectaeque sanationis sororis Mariae Augustinae Chassé, ex Instituto B. M. V. a Caritate, a cancro in stomacho.

2. In amplissimi cuiusdam Patris suffragio haec reperio : « Super primo miraculo approbando anceps adhuc » haereo, quod iuridice probatum non video. Agitur de » tumore, quod cancerosum dixit medicus Régnault, sed » semel vidit et obiter. Patronus, nisi illudere, provocare » mihi videtur hilaritatem, respondens, semel vidisse me» dicum infirmam sororem, sed in lecto; pluries vero extra. » Sed quaestio est de tumore maligno, quem, sua sede » attenta, quando tantum infirma iacebat in lectulo, videre » poterat. Obiter autem vidit, quia nullo usus est subsi» dio artis, ut securitatem nobis praeberet. Peritus iudi» cialis docet, dari posse iudicium certum de malignitate » alicuius tumoris, statim ac videtur. Transeat : sed ita ne » res se habet in casu ? Ab esse ad posse, utique, sed a » posse ad esse non valet illatio. Habetur testis superio» rissa : sed haec tumorem vidit ? Transeat. Potuitne iu» dicare de malignitate ? Non credo : ita de aliis testibus. » Manet tota symptomatum syndromes, ex qua malignitas » tumoris arguitur. Sed respondeo : si caeca fides adhi» benda sit Perito, pro miraculo starem : sed hoc mihi » persuasum non est ».

3. Equidem Virum amplissimum scite arbitror scripsisse. Quem enim nuper desideramus extinctum, doctor Sabatucci, in voto exarando, haud semper, quantum erat opus, ratiocinationis legibus obtemperavit, neque semper, in arguendo, rebus, iisque certis compertisque nisus est,

non raro a naturali significatione facta detorquens. Ita doctoris Régnault, quae in summarii 24 pagina exscripta sunt, verbis relatis, quum subiicere cogatur : « Ma questo » è troppo poco, e non basta » (Vot. pag. 2) ; et aliquanto inferius : « Più innanzi ho accennato già, che la deposi» zione del medico Régnault, sebbene sia di gran valore, » pure dice poco, e lascia molto a desiderare, essendo » troppo pretta e troppo generica » (Ibid. pag. 12); attamen ex aliorum ac maxime moderatricis testimonio, satis indiciorum arbitratur ad stomachi cancrum constituendum, praesto esse.

4. Verumtamen, potius quam dolor, anoressia, cibi nempe fastidium, ceteraeque morbi subiectivae significationes, eae sunt naviter reputandae, quae obiectivae appellantur, physicisque experimentis tentari ac perspici queunt. In quarum numero, quum de stomachi cancro agitur, sanguinis vomitus, quam, a Graeco sermone mutuato nomine, haematemesim appellant, principem obtinet locum. Quo vero haematemesis cancrum indicet, ea praebeat adiuncta oportet, quae scriptores et Peritus ipse enumerat : quomodo igitur hic eo signo adeo confidit, de quo acta iudicialia silent, ac praecipue doctor Régnault, qui tali in re unicus idoneus erat testis ?

5. Item tumoris sedem clarus Vir decidere conatus, continuo, velut terrore coram obiecta difficultate perculsus, gradum referre videtur, cum scribat : « Certamente, dopo » tutto quello, che è stato detto e che è stato scritto, sen» tire adesso parlare di fossa iliaca, fa l' effetto di uno » scroscio di fulmine » (Vot. pag. 14) : subiicit tamen : « però, ponderata bene l' espressione con pacatezza, ve» dremo subentrare tosto il ciel sereno » (l. c.). Quamquam, ubi serenum ipse conspicit, apparent etiam nunc nubes atque caligo. Nam de tumoris loco qui loquatur, unus doctor Régnault est, qui, semel atque summatim, quatuor seu quinque ante sanationem mensibus, inspecta muliere, refert, deprehensum a se tumorem, « al lato sinistro del » ventre » (Summ. pag. 24). Sane vagam ancipitemque descriptionem ! Ut enim ipse peritus Vir docet, « ventre » ed addome sono sinonimi, i quali abbracciano e compren» dono due regioni : una superiore, detta epigastrica ; l'al-

» tra inferiore, che dicesi ipogastrica. Nella regione superiore od epigastrica si trova la residenza dello stomaco » (Vot. pag, 13). Quare iterum in ius doctor Régnault appellatus, stimulatusque ut cogitationem suam clarius distinctiusque promeret, tumoris sedem in sinistra iliaca fovea definiebat: « tumore della fossa iliaca », articulo usus determinanti *della*, ut perspicue significaret, tumorem illum fuisse foveae iliacae, ad iliacam foveam spectasse: qua ratione quemvis aditum interpretationi Periti iudicialis intercipiebat, qua hic contendit, non iliacae foveae tumorem, sed stomachi fuisse, tametsi « il tumore s' ingrandisse » tanto, da affacciarsi fino alla regione iliaca sinistra » (Vot. pag. 15).

6. Quamobrem nonnullus P. A. scribit ita: « Circa » sanationem instantaneam et perfectam sororis Mariae Augustinae Chassé a cancro in stomacho multae et gravissimae observationes factae fuerunt in prima sede, tam a » praeclaro fidei Vindice, quam ab AA. PP. Praecipuum » fundamentum harum observationum provenit ex clara, » aperta et iurata affirmatione medici curantis Régnault, » qui, loquens de sede tumoris cancerosi, asseruit, eam » fuisse cavam iliacam, non stomachum. Talis affirmatio » magis roboratur depositionibus peritorum Philouze et » Petit, qui, sanatam accurate explorantes, deprehenderunt » in collo uterino quasnam affectiones, seu parvos tumores, » quorum natura ansam suspicandi praebebat, resolutionem » tumoris cancerosi non fuisse completam; ideoque censuerunt, causam morbi adhuc subsistere, et sanatam nec » plena, nec perfecta salute gaudere. Huiusmodi observationis gravitatem sentiens Peritus iudicialis, omni argumentorum genere demonstrare nititur, sedem tumoris » fuisse stomachum, non cavam iliacam, et, verba doctoris » Régnault emollire volens, scribit: *Quale fu il movente,* » *che indusse e spinse il Régnault a scrivere nel certificato di ufficio:* tumore della fossa iliaca? *Fu per dirci,* » respondet, *ed indicarci la grossezza e la estensione del* » *tumore, e non per accertare l' impianto del neoplasma* » *sulla fossa iliaca* » (Vot. pag. 15).

7. « Haec explicatio nullo serio fundamento nititur. » Si ageretur de imperitis in arte medica, posset aliqua-

» tenus concipi ; sed, cum agatur de medico curante, et » publicam sententiam proferente, circa morbum ab ipso, » melius quam a quocumque alio cognitum, repugnat datam explicationem admittere, et Régnault loquentem inducere, tanquam incipientem, qui nesciat discernere inter stomachum et cavam iliacam. Contendit Peritus, » morbi symptomata esse inexplicabilia, si sedes tumoris » non statuitur in stomacho. Transeat : et hoc scire debebat doctor Régnault : attamen, licet in suis depositionibus loquatur de cancro, de gravitate morbi, de duritie » tumoris et de aliis multis, nec verbum quidem habet, » ex quo inferri liceat, sedem tumoris fuisse stomachum ; » e contra aperte statuit, fuisse cavam iliacam. Si, ut vult » Peritus iudicialis, et repetunt causae Patroni, Régnault » non poterat ignorare veram tumoris sedem, cur in documento publico et officiali ita sese exprimit, ut in re tam » aperta tantam confusionem inducat ? Nonne facilius ei » erat ita loqui, ut etiam imperiti possent eum intelligere ? » Et quod assertio doctoris Régnault non fuerit infundata, » nec unice prolata ad designandam magnitudinem et extensionem tumoris, ut credit Peritus, apparet ex depositionibus Philouze et Petit, qui, si credidissent agi in » praesenti casu de tumore in stomacho existenti, parvi » vel nihil fecissent affectiones inventas in collo uterino, » quae nullam relationem habere poterant cum morbo stomachi : credebant propterea agi de tumore existenti in » cava iliaca, ut asserebat doctor Régnault.

8. « Pondus huius difficultatis augetur, si attendimus » ad doctrinam circa valorem et necessitatem testimonii » medici curantis, a Benedicto XIV statutam. *Crederem,* » ait ipse, *cautissime procedendum esse, in approbatione* » *miraculorum tertii generis* (ut esset praesens sanatio)... » *si desit testimonium medici, qui aegroto adfuit; eaque* » *in eo solo casu vix admittenda esse existimarem, ubi* » *ceteri testes apti et idonei clare qualitates morbi assererent ; ubi morbus ex eis esset, qui per se patent, et etiam* » *a non medicis aut chirurgis cognosci possent* (Lib. III » cap. VII n. 9 circa finem). Si haec proferuntur de defectu testimonii medici curantis, a fortiori, et maiori » cum fundamento valent, quando medicus a curatione

» sedem morbi in loco distincto collocat, quem vellent
» causae Patroni. Iis rationibus motus, acquiescere nequeo
» sententiae Periti iudicialis ».

9. Verum ex altero A. P. haec habemus: « Mirandum sane, quod officialis Peritus ex unico brevissimoque testimonio doctoris a curatione existentiam inde deducat tumoris cancerosi in stomacho. Ex unico quidem: nam, quae ceteri testes de cancro referunt, a doctore Régnault accepere. Adde quod hi testes omnes, quotquot sunt, moniales sunt a Caritate, in causa propria testantes (agitur enim de proprio Fundatore); quae circumstantia, quamvis ius minime laedat, non tamen despicienda videtur. Brevissimo insuper: siquidem doctor Régnault paucissima tradit, eaque incerta. Praestat autem eius depositionem sedulo perpendere. *Ho visitato l' inferma*, deponit, *nel suo letto, alcuni mesi prima della guarigione. Constatai di quel tempo, nel lato sinistro del ventre, la presenza d'un tumore duro, che io ritenni essere di natura cancerosa: l' aggravamento progressivo degli accidenti, fino alla vigilia della guarigione, m' indusse più tardi a supporre* (notate loquendi modum), *che questo apprezzamento era fondato.* Agitur de suppositione, non de certitudine, et quidem de suppositione post sanationem habita: nam *l' aggravamento degli accidenti, fino alla vigilia della guarigione,* illum posterius in suspicionem adduxerunt de existentia cancri.

10. « Et hic notatum volo, quod doctor Régnault, quoties in suis brevissimis et laconicis depositionibus de tumore agit, de tumore simpliciter sumpto, non autem de tumore in stomacho loquitur. Et, si quid speciatim tradit, illum aperte fatetur situm fuisse in *fossa iliaca.* — *Del resto,* prosequitur, *non sono tornato più a visitare l' inferma nel suo letto, dopo questo primo esame, fino al momento, in cui l' ho riveduta guarita.....* Quid quod testis I refert: *Il signor Régnault sospettava uno scirro*; testis III: *Ho udito il dottore dire, che sospettava l' esistenza di un cancro*; testis IV: *Mi fu detto, che il medico credeva* (i e. opinabatur) *all' esistenza di un cancro*; testis V: *Ho udito dire di poi, che il medico dott. Régnault aveva dichiarato, come egli sospettasse un*

» *cancro*. Cancer ergo praesumitur, non demonstratur. Peritus iudicialis cancri existentiam evincit procul dubio ex symptomatibus a monialibus descriptis. Sed num magis credendum loquacitati feminarum, nihil autem tribuendum silentio doctoris Régnault, qui ceterum ex actis religiosissimus apparet? Finem imponit suae depositioni Peritus a curatione, tradens: *Posso notare lo stato giallo paglia estremamente accentuato, ch' essa presentava negli ultimi giorni della sua malattia*. Ast huiusmodi colorem soror Augustina forsan a natura acceperat (Vot. offic. pag. 43), et post sanationem retinuit. Et haec est tota depositio doctoris Régnault, quoad gravitatem morbi.

11. « Rebus tam in incerto positis, in antepraeparatorio coetu de tumore ovarico actum fuisse dubitavi, eo magis quod Peritus a curatione illum sedem habuisse in fossa iliaca docet, ubi ovarium sedem habet, quod iudicialis Peritus valde fastidit, et incassum mentem doctoris Régnault explicare conatur: de tumore inquam dubitavi, qui fractus per vias naturales exire potuerit, quod bene explicaret affectiones in collo uterino deprehensas a Peritis Philouze et Petit. Peritus autem officialis, qui munere advocati fungere videtur, huic meae animadversioni reponit: *Sembra proprio, che il medico Régnault prevedesse fin d' allora questa animadversione, perchè, chiamato a vedere la sua inferma guarita... domandò....: se nel momento della sparizione del tumore, una evacuazione, anche poco apprezzabile per se stessa, avesse avuto luogo, per una qualunque delle vie naturali; ma in qualunque modo io le abbia portato la domanda, essa mi ha sempre affermato, che nulla di simile era accaduto*. Et ex hoc ingenue concludit, *che la scomparsa del tumore non fu nè preceduta, nè accompagnata, nè seguita da alcuna secrezione od evacuazione delle vie naturali*. Sed, absolutene debebat aegrota mentem ac oculos ponere ad naturales corporis effectus, praesertim si de huiusmodi rebus nihil intelligebat? Non sequitur, quantum ego video. Potuit ergo bene tumor effractus per meatus naturales, una cum ordinariis effectibus exire, quin aegrota aliquid animadverteret ».

12. Haec vero, quae sequuntur, ex voto elicio alius amplissimi Consultoris : « Fateri liceat, quod difficultates » et obiectiooes nondum mihi perfecte apparent solutae ; » sicut meo iudicio nondum apparet clara notio et morbi » natura comperta, nec evidens diagnosis, nec probata or- » ganica laesio. Quapropter miraculum in hac sanatione » mihi magis videtur desiderari, quam solidis argumentis » probari ; magis pie effingi, quam luculenter manifestari, » in lucem ponendo, non quod accidere debuit et potuit, » sed quod realiter accidit. Et haec mea opinandi ratio » oritur praecipue ex hoc : omnes conveniunt atque affir- » mant, morbum, de quo in casu, esse quam difficilem, » ut ab ipsis peritis agoscatur, ac ab aliis huiuscemodi » morbis secernatur : quare ad eiusdem veram notitiam » acquirendam de eoque certum proferendum iudicium, » necessario multae requiruntur observationes, inspectiones, » explorationes, palpationes, experimenta, examina. Ad » scientiam sibi parandam, et moralem acquirendam cer- » titudinem de natura huius morbi, occurrit etiam, ut na- » turalium remediorum praecedat applicatio. Et cum haec » remedia, quae similibus morbis prodesse consueverunt, » omnino inutilia, imo nociva evaserint, et insuper morbus » in dies ingravescat, et symptomata non successive et » obiter, sed constantia simulque permanentia extiterint, » tunc solum, iuxta peritos, affirmari poterit agi de cancro. » Si hae conditiones non observentur, semper aliquid re- » manet dubium, et, sicuti oportet, moralis certitudo ha- » beri non potest.

13. » Quod autem in aegrotatione sororis Augustinae » recensitae conditiones minime adimpletae fuerint, clare » probant verba a curatione medici, qui, aegrotam raro » visitans, solum impulsus fuit suspicari, sed numquam » scientia sua certum protulit iudicium, nec aperte fassus » est, agi de vero cancro. Si ergo qui curavit et vidit » solum putavit *(il peggioramento mi indusse a supporre)*, » agi de cancro ; quomodonam, qui non curavit nec vidit, » tuto potest asserere eumdem morbum realiter cancrum » fuisse ? Et, cum sic res se habeat, quomodo tolli potest » omnis dubitandi ratio ? ».

14. » Imo aliquantulum crescere videtur, si diligenter

» perpendantur verba Periti iudicialis, qui, ad refellendam
» obiectionem, qua medicus a curatione arguitur, quod in
» inspectione sororis Augustinae minime deprehenderit hy-
» pertrophiam uteri, et intestini recti exiguos tumores, in
» eadem postea repertos, ait : *Il medico fu chiamato, non*
» *a prestare la sua assistenza e le sue cure, non all' utero,*
» *nè al retto ; ma a curare la malattia dello stomaco.* Quis,
» haec legens, non mirabitur, cum neminem fugiat, quod
» medicus prius inspicere et observare debet, quonam, vel
» qualibus et quot morbis laboret aegrotus, et postea eum-
» dem, sicut recuperanda sanitas expostulat, circa omnia
» curare ? Laudabimus medicum, quod consuluerit mode-
» stiae ; sed nequaquam dicere poterimus, quod eius iu-
» dicium moralem in animos ingerat de morbi natura cer-
» titudinem, omnemque dubitandi tollat rationem »,

15. Hisce tamen de rebus alter P. A. ita agit : « Qui
» ad iudicium de morbo ferendum, ex quo per prodigium
» convaluisse traditur soror Maria Augostina Chassé, de-
» putatus fuit Henricus Sabatucci, paullo post e vivis su-
» blatus, non tam iudicialis periti, cuius est non partium
» studio, sed veritati et iustitiae inservire, quam causae
» patroni officium ac personam suscepisse mihi videtur.
» Nedum enim propositam morbi diagnosim pro viribus
» tuetur, quamvis haud plane suffragantur probationum
» momenta, sed et adnotationes omnes ex adverso oppositas
» singillatim refellere conatur. Ita veritatis investigatio in-
» certa magis atque implicatior evadit. Namque ipse aperte
» profitetur, *che la deposizione del medico Régnault, seb-*
» *bene sia di gran valore, pure dice poco e lascia molto a*
» *desiderare, essendo troppo stretta e troppo generica* (Vot.
» pag. 12). Verumtamen unam, quam ille instituit in ae-
» grota sorore nonullis ante sanationem mensibus explo-
» rationem, tumoris existentiae atque indoli eiusque sedi
» praefiniendis parem esse contendit.

16. » Etiamsi concedere velimus, ut peritus quisque
» vir unica quoque inspectione, quae omni diligentia ad-
» hibita perficiatur, tumoris stomacho adhaerentis naturam
» detegere ac definire queat ; accurata tamen ratione me-
» dicum Régnault aegrotam explorasse, ex actis non ap-
» paret. Ex eiusdem ore hoc unum rescimus : ipsum in-

2

» spexisse aegram in lectulo, durumque in eiusdem abdo-
» minis sinistro latere deprehendisse tumorem. Iamvero,
» qui paullo dilingentiorem explorationem instituisset, haud
» sane investigare neglexisset, quaenam foret tumoris forma
» ac volumen, an fluctuans vel constans, et cuinam cor-
» poris parti adhaereret ; an dolores ex attrectatione, vel
« alia haberentur symptomata ad malignam ipsius indo-
» lem spectantia.

17. » Quum non omnis tumor cancerosus censeri pos-
» sit, etsi durus initio appareat, sed eius evolutio atten-
» denda sit, praepropere medicus Régnault cancri diagno-
» sim, post unam inspectionem, atque ex una tumoris du-
» ritie, confecit. Hanc siquidem eodem in statu perseve-
» verasse, tempore praesertim sanationi proximo, eosdem-
» que characteres semper exhibuisse, propria inspectione
» ac scientia explorare debuisset, quum huiusmodi sym-
» ptoma tanti faciendum sit, ut, nonnisi eodem comperto
» satisque cognito, de cancro diagnosim audeat nemo, licet
» clinicae arctis experientissimus, constituere. Nimia faci-
» litate Peritus iudicialis scribit : *Si può dire con certezzae*
» *che, se Régnault, invece di una, avesse praticato cento*
» *esplorazioni, avrebbe trovato sempre lo stesso tumore, ac-*
» *cresciuto si, diminuito no, e tutte queste cento esplora-*
» *zioni non avrebbero cambiato di un capello alla natura*
» *e all' indole del neoplasma* (Vot. pag. 29). Hoc certissimis
» argumentis probandum est, non meris coniectationibus
» asserendum. Neminem quippe latet, quot adhibere so-
» leant cautiones, quot inire consilia, quot inspectiones pe-
» ragere chirurgi, ne decipiantur, quum de tumore ferro
» extirpando agatur ; siquidem apud pathologos omnes in
» confesso est, tumorum abdominalium diagnosim esse dif-
» ficillimam, praesertim vero si diligens assiduaque inspe-
» ctio de tumoris forma ac sede fuerit, ut in casu, prae-
» termissa.

18. » Eam vero magis ambiguam efficit ipse medicus
» Régnault, qui tumorem se deprehendisse in laevo latere
» abdominis primum testatus est ; dein vero in cavo iliaco
» illum se comperisse declaravit. Hoc postremum fore ab-
» surdum clamitat Peritus iudicialis, qui nonnisi illi sto-
» machi regioni, quam magnam curvaturam vocant, adhae-

» sisse tumorem asserit, omnemque in re tanti momenti » contradictionem adimere contendit, scribens : *Che mera- » viglia, se nella Chassé il tumore s' ingrandisse tanto, d' af- » facciarsi fino alla regione iliaca sinistra? I tumori car- » cinomatosi non hanno limiti stabiliti e fissi nei loro svol- » gimenti ; essi possono ingrandirsi indifferentemente per » ogni verso, in alto, in basso e lateralmente* (Vot. pag. 15). » At, pace egregii Viri, potius temere, quam sapienter, » hoc dictum esse puto. Namque vel ipsa rerum natura ac » ratio suadet, fieri non posse, ut tumor stomacho adhae- » rens ad iliacam usque foveam perveniat, ibique manu » contrectari queat ; quippe distantia, quae hanc inter et » illum adest, nimia est ; omnesque medicae disciplinae » doctores tradunt, tumores stomachum afficientes, etiam » cum stomachus maxime dilatatus ac demissus est, vix » ultra umbilicum considere posse ; qui sane terminus valde » adhuc a cavo iliaco abest. Alios itaque afferat Patronus » medicarum rerum auctores oportet, Periti iudicialis opi- » nionem plane probantes, si fidem eidem conciliare velit ».

19. At enim operae pretium non est de tumoris loco tam curiose investigare : cum enim et eum constet adfuisse, et, qua ratione naturae viribus nequibat, esse sublatum ; ecquid eo amplius, ad sanationem prodigiosam renunciandam, requiris? Audio : sed exploratum ne est, aegrotantem mulierem esse absolute sanatam? Namque doctores Philouze et Petit, quibus a sacro tribunali datum negotium est inspiciendi sanatam mulierem, eam deprehenderunt utero laborantem, et post crassum intestinum parvos aliquot perdurosque tumores, velut ganglia quaedam morbo affecta (Summ. *pag* 46, 47). Vir peritus nervos omnes intendit, quo doceat, perfectam sanationem fuisse : at hypotheses profert, contra quae facta consistunt, in diligenti exploratione physica inventa.

20. Quibus de rebus, haec verba, ex cuiusdam A. P. voto, censeo esse referenda. « Quod periti Philouze et Petit » ita scribit, « de sanatae valetudine exceptione aliquam fe- » cerint, his verbis : *Lo stato delle forze è soddisfacente, » prescindendo solo dal color pallido della pelle, ossia dal- » l' anemia ;* censet Peritus noster integritati sanationis mi- » nime officere, eo quod haec anhaemia stomachi morbo

» praeiverit. Verum optassem, id non gratis asseri ab eo, » sed magis probari. Anhaemia igitur perrexit post sana» tionem Augustina soror conflictari. Atqui anhaemia con» sectarium perofecto erat cancerosi tumoris. Ergo haud » prorsus et undequaque devictus est morbus.

21. » Praeterea, quid de illis in collo uteri ingurgi» tationibus, quas, seposita omni dubitatione, peritus Phi» louze se deprehendisse testatur? Quid de parvis aliquot » tumoribus, qui in recto intestino extare sibi visi sunt? » Peritus noster totum hocce obiectum disiicere aggreditur, » asserendo, nil commune cum cancro illas ingurgitationes » habuisse; parvos itidem tumores in intestino faecibus » coacervatis et durescentibus esse accensendos, et nullam » sanatae valetudini exceptionem parere, nullumque discri» men attulisse. Verum, cum assertus a Régnault cancer » in foveae iliacae laeva parte extiterit, ex ipsamet sedis » propinquitate, qualemcumque velitis tumorem effingere, » profanus ego ausim uterino morbo, ob vitium sanguinis » et humorum diffluentiam, acceptum tribuere, eique valde » affinem fuisse memoratum in collo uteri excretum objicem; » renunciatos itidem saltem probabiliter a Philouze tumores, » non ex solis faecibus coacervatis et durescentibus repeti » posse et debere, sed uni eidemque causae uti effectus » esse accensendos, quam, praegressus tumor incusaret. » Quandoquidem haec tradit peritus in iudicio accitus, et » iurisiurandi lege confirmat. Cui plane assentit et apprime » cohaeret alterius periti testimonium, qui perfectam so» roris Chassé sanationem magis negat, quam in dubium » revocet.

22. » Quoad vero attinet doctorem Régnault, haud » assequor, qua ratione ductus, et in ius accitus, asserat » (Summ. pag. 46), extantes tumores, si cancerosae indolis » extiterint, nedum non officere sanationis fulgori, sed imo » incrementa adjicere; cum e contra, ni fallor, manifeste » pateat, si parvi tumores sint cancerosi, non esse omnino » morbi malignitatem cum praegresso tumore devictam ».

23. Sed alter ex AA. PP. haec scribit: « Nimis fi» denter Peritus noster eos tumores vocat *fantastici ed im-* » *maginari,* qui, post assertam sanationem, infra magnum » intestinum a peritis physicis reperti sunt; siquidem, si

» istorum alter usus est verbo : *mi è sembrato* ; alter vero, » absque ulla haesitatione eos suis oculis vidisse aperte te» statur : *ho trovatò indietro al grosso intestino parecchi* » *piccoli tumori durissimi*. Quocirca non antea puto asseri » posse, eiusmodi tumores nil commune habuisse, tum na» tura, tum sede cum tumore, quo de agimus, quam per» spicue constiterit, hunc stomacho sororis Mariae Augu» stinae iugiter adhaesisse (quod tamen ex medici curae » Régnault testimonio ambiguum et incertum manet) ; eos » vero fastidium nullum attulisse unquam sanatae, de cuius » valetudinis perseverantia, post iudicialem inspectionem, » authenticum documentum exhiberi opportunum duxerat » in praegressa disceptatione alter ex Collegis nostris, quin » iustissimae eius petitioni Patronus satisfecerit ».

24. Quae cum ita sint, etiam atque etiam consideret Patronus, an, cum uteri in universum muliebre corpus, praecipue vero in stomachum, tanta vis sit atque potestas; cumque tumor sinistrae iliacae foveae, quae continens utero est, insederit ; cumque, etiam post hanc, quam miraculosam defendunt, sanationem, morbus uteri perstet ; haec aliaque huius generis, quae obiiciuntur, adeo sint gravia, ut, ad ipsa tollenda, diligentem eius operam, industriam studiumque requirant et expostulent.

MIRACULUM ALTERUM

Instantaneae perfectaeque sanationis sororis Luciae Clairai, ex instituto B. M. V. a Caritate, a paralysi pseudobullari, coniuncta cum paraplegia.

25. « Quoad sanationem sororis Luciae Clairai, adhuc » obesse videtur indoles morbi, non adhuc a medicis certo » definita ; et maturior Luciae obitus, qui altero a sana» tione anno accidit ». Ita scribit quidam P. A.

26. Nam alterius haec verba sunt ; « Dicam et ego : » *haud facilis conceptionis apparet paralysis anathomica* » *laesio*. Patronus subiungit : *Haud ita tamen difficile est* » *omnia exteriora symptomata cognoscere ac deprehendere;...*

» *cognitaque exteriorum symptomatum veritate, haud fieri* » *potest quin neges, semper interiores laesiones iisdem exte-* » *rioribus symptomatibus respondere.* Sed, si res sic se » habet, quomodo explicas, egregie Patrone, contrarias » circa causam morbi opiniones Peritorum iudicialis et » extraiudicialis? Potius dicendum, nimis incertam esse » diagnosim morborum, qui ex nervis prodeunt: incertam » diagnosim; incertas etiam sanationum causas. Hic mihi » liceat exemplum et casum proferre, quod nuper legebam » in libro, cui titulus: *Giulia Lavergne: la sua vita e le* » *sue opere* ». Iulia Lavergne narrat: « *Allorchè ci toccò* » *nel gennaio 1871 di essere bombardati dalle batterie Prus-* » *siane, che assediavano Parigi, dalle Serve di Maria, vi-* » *cinissime a noi, un proiettile è scoppiato nel dormitorio,* » *ha spezzato ogni cosa, senza ferire nessuno. Le quaranta* » *povere figlie, che trovavansi colà, si sono salvate..., ed* » *una di esse costretta alla immobilità da più di un anno,* » *si è messa in salvo, come le altre, e, da quel giorno in* » *poi, cammina perfettamente guarita.* Casus est dignus » attentione nostra, ne facile admittamus miracula, ubi » forsan naturae vires sufficiunt ad sanationes explicandas; » quod saepe evenisse scimus in nervorum morbis ».

27. Alius vero amplissimus Consultor haec verba refert, prompta ex « Atlante del sistema nervoso », auctore Iakob, pag. 150, de paralysi bulbari, cui Peritus iudicialis morbum delegat sororis Clairai. « Il decorso è molto lento. » Dapprima si hanno dei disturbi della loquela di natura » bulbare (r, s, l sono le prime lettere, che i malati pro- » nunciano male); poi si sviluppa, lenta, ma evidente una » atrofia bilaterale, e la paresi delle labbra, della lingua » (contrazioni fibrillari), della muscolatura, della degluti- » zione e della fonazione; più raramente della masticazione; » cosicchè alla lunga si ha la rigidità mimica del viso (è » colpito solo il ramo inferiore del facciale), la paralisi » della deglutizione e della parola, la scialorrea ». Hoc ex Iakob loco laudato, sic P. A. loquitur: « Iam morbus, quo » fuit tentata soror Lucia, aliud omnino habuit exordium » et cursum, uti ex actis eruitur. Adde, quod non pauca » symptomata huius morbi propria in casu desiderentur, » quod ipse Peritus iudicialis concedit, scribens: *Non di-*

» *remo, che il quadro sintomalogico di questa malattia fosse* » *completo, quale è descritto dagli autori.... e dai più ce-* » *lebri neuropatologi* ecc. Cum autem agatur de affectione, » quae, iuxta citatum Iakob, *può essere simulata da altri* » *processi morbosi,* cumque doctor a curatione non pauca « referat, quae ad hysterismum referri possent, minus se- » curum mihi videtur affirmativum pro nunc ferre iudi- » cium. Hoc mihi suadet rerum complexus ».

28. Et merito quidem. Nam, quae initio a me productae sunt difficultates, iis Periti ex officio votum aliquantum firmamenti addidit. Aiebant enim, aiuntque etiam nunc actores, sororis Luciae Clairai morbum ex paralysi pseudo-bulbari fuisse effectum. Huic tamen non est suffragatus sententiae peritus Vir ex officio, qui, argumenta persequutus in animadversionibus allata, ea his verbis enumerat : « Niente emiplegia ; niente inizio brusco, nè molto » meno apoplettiforme ; l' andamento del tutto cronico ; non » arresto della malattia ai fatti iniziali, ma lento progresso; » finalmente nulla di più integro delle facoltà intellettuali » (Vot. pag. 12) : atque exinde infert : « Per tutte queste » ragioni, noi siamo fermamente convinti, che non si possa » parlare di paralisi pseudo-bulbare » (Ibid. pag. 14). Itaque diagnosim pseudo-bulbaris paralysis explodit.

29. Verumtamen, quo modo ac ratione non intelligo, veram bulbarem paralysim defendit, tametsi fatetur, alia huius signa plane desiderari, alia manifesta non esse ac perspicua : quare profitetur, rem esse di una forma alquanto » aberrante dal tipo clinico » (Ibid. pag. 7). Quandoquidem monere non praetermittit, « che ben rari sono i casi, in » cui la sindrome di una malattia si presenti matematica- » mente conforme a quella, che i libri descrivono » (Ibid. pag. 6). Quod dari egregio Viro potest, si de sigis iis agatur, quae accedunt, et alia signa complent : de iis vero, quae sunt praecipua, nihil minus ; cum ratio rerum suadeat, deficientibus elementis, quibus quispiam morbus consistit, morbus ipse deficiat necesse esse. Iam vero, ex Viri periti iudicialis sententia, sororis Luciae morbus ex bulbi laesione oriebatur : ergo omnes nervos paralysi esse affectos opus erat, qui ex bulbo initium viresque ducunt. Non differt enim in humano corpore ratio nervorum ab instru-

mentorum musicorum regularum serie, in qua, regula si deficiat aliqua, iam nequit sonum, qui eidem respondet, instrumentum reddere. At id vel, perito Viro auctore, non est visum in sorore Lucia, aut minus certa constantique ratione visum. Ergo, ipso fatente Viro perito iudiciali, aut ea laesio admodum non adfuit, aut saltem certo atque procul dubio non adfuit.

30. Cuius momentum difficultatis Patronum haud fugit, qui tamen, se imperturbatum praebens, nulloque facessitum negotio, ingenue scribit: « Haud latet nos, iudicialem Pe- » ritum diagnosim verae bulbaris paralysis admisisse. At, » nonne hic quoque morbus in anatomica laesione positus » est? Aut unum igitur, aut alterum morbum, quem iu- » dialis Peritus defendit, admittas, cum de sanatione su- » bita constet, prodigiosam fuisse sanationem nemo, nisi » temere ac per iniuriam, potest negare » (Resp. ad nov. animadv. pagg. 18, 19 n. 111, 113). Ego tamen non video, qua tandem ratione de laesione anatomica adeo asseveranter loqui Patronus queat, in morbo tam novi variique ingenii, ut artis medicae ipsi prudentes, in eo definiendo, non possint convenire. Quod satis sit imperitis hominibus oportet, inter tot dubia atque ambages, tutissimam viam ut ineant, iudicantes, actum esse de functionalis naturae morbo, in quo miraculi ratio collocari nequeat, quamvis subita sanatio fuerit, numerisque omnibus absoluta.

31. Quare sic legimus in voto cuiusdam amplissimi Disceptatoris. « Ipsa Peritorum discrepantia ausam et oc- » casionem praebet dubitandi, num res ita eliquata habeatur, » ut illis videtur, et laesio tantum functonalis, docte a Cen- » sura asserta, omnino profligata. Enimvero, cum tanta » extiterit nerveae texturae destructio, et ipsi cerebro, uti » supponitur, illata ruina, qui factum sit haud bene intel- » ligo, ut numquam deperditae conscientiae in actis ve- » stigium appareat, nullum prorsus mentis excidium aut » damnum pateretur soror, in vere asserta visus et auditus » imminutione; imo, quod magis miremini, aegra semper » servaverit « la sua nota gaia ». Haec dixerim bene posse » componi cum laesionibus tantum functionalibus, minime » vero cum organicis, hisque adeo multiplicibus et gra- » vibus.

32. « Hoc argumento esse posse adhuc mihi videtur, » non vera paralysi, sed alio mentito morbo Luciam fuisse » divexatam ; non ea, inquam, sive ortum duxerit a bul- » bari, sive pseudo-bulbari, uti in lemmate enunciatur. » Nam, quae ex bulbari oritur, lentior prodit, et tamen, » iuxta Brissaud, duobus vol tribus annis laborantem in- » terficit, uti cl. Censor animadvertebat iam in prima iu- » dicii sede. Periti ergo pseudo-bulbarem vel bulbarem » sufficiendam duxerunt, atque adeo ex intracranica ortam » esse, seu ex symmetrica haemorragia utriusque hemi- » spaerii cerebri prodeuntem, celerrime incessisse autumant. » Sed optime reponi possit : si, quae lentior incedit, duobus » vel tribus annis morte absumit ; quomodo, ea celerrime » superveniente, quatuor Lucia annos vitam produxit ? ».

33. Verum de morbi, de quo agimus, ingenio, alius est etiam audiendus P. A., qui haec scribit : « Naturam » morbi, quo diutine laboravit soror Lucia Clairai, adhuc » incompertam esse negat Patronus, *cum iudicium acces-* » *serit periti Viri ex officio deputati,* quod ipsemet reputat » *omni claritate et eruditione plenum.* At ex tanta clari- » tate et eruditione obscuriores densioresque obortae sunt » tenebrae, quae veritatis investigationi grave facessunt » obstaculum. Si quae Patronus de morbi diagnosi scribit » ac tuetur, cum iis conferas, quae Peritus iudicialis tradit, » facile senties, morbi diagnosim nec planam, nec explo- » ratam esse. Ille enim, iis inhaerens quae in superiori » disquisitione propugnaverat, nil in casu desiderandum » asserit de symptomatibus, quae paralysim pseudo-bul- » barem attingunt ; contra Peritus Iudicialis eorum syn- » dromem esse perfectam affirmare non audet, atque uni » verae paralysi bulbari aptari posse contendit. Dissidium » igitur de veriore morbi diagnosi inter Patronum et Pe- » ritum habes, et cui adhibeas fidem nescis,

34. » Namque de paralysi pseudo-bulbari edisserens » Peritus, inter praecipua symptomata, quae, iuxta com- » munem Doctorum sententiam, ad eam adstruendam prae » oculis haberi oportet, haec ponit : 1° *la violenza dell' ini-* » *zio ;* 2° *l' andamento acuto o tutto al più subacuto della* » *malattia ;* 3° *i disturbi della coscienza ;* 4° *la forma emi-* « *plegica caratteristica* (Vol. pag. 11). Atqui in re nostra,

» ceu idem demonstrat (Ibid. pag. 12), haec non apparue-
» runt. Quid ad haec Patronus? Silet omnino; et nihilo-
» minus, phaenomenorum cumulum suae opinioni magis
» favere autumans, pseudo-bulbaris diagnosim uti veriorem
» propugnat.

35. » Ex adverso Peritus docet: *Nel quadro delle*
» *malattie nervose fino ad oggi conosciute, l'unica, che*
» *spieghi questi fenomeni, è la paralisi bulbare* (Ibid. pag.5).
» Quum vero et ipse hanc nutare diagnosim, ob quorum-
» dam phaenomenorum defectum, intellexisset, hoc dissi-
» mulare nequivit: *Non diremo, che il quadro sintomato-*
» *logico di questa malattia fosse completo, quale è descritto*
» *dagli autori;* atque, ut eamdem quodammodo firmaret,
» subiicit, in casu nostro actum esse de paralysi bulbari
» *di una forma alquanto aberrante dal tipo clinico* (Ibid.
» pag. 7). Iamvero haec dubitationem magis augent de
» vera morbi indole, ae proinde nos vetant, quominus eius
» sententiae tuto acquiescamus, quemadmodum nec Patroni
» opinionem, quam erroneam esse ipse Peritus ostendit,
» excipere possumus. In specie igitur versamur, qua certam
» nullam iudicii deliberationem amplecti licet ».

Quamobrem in hac, inter Patronum, qui extraiudicialis periti Viri nititur sententiae, ac Virum peritum iudicialem, de morbi natura controversia, aut Vir peritior est ex officio eligendus, aut a sacra Congregatione aliquis saltem constituendus arbitrer, qui certe ac plane eam morbi naturam definiat, ut eadem in lemnate possit perscribi.

36. Verum quidam amplissimus Suffragator de difficultate agit, quam, ait, « ipse iudicialis Peritus praesensit,
» et refellere conatus est. Sic ipse eam describit: Soror
» Lucia cardiaco morbo afficiabatur ex quo morbo *può*
» *essere derivata la paralisi bulbare. Questa, è vero, cessò:*
» *ma la causa remota, che l'aveva prodotta, rimase, tan-*
» *tochè si concentrò sul cuore, sul quale già operava da*
» *tempo.* Et reapse tres et viginti post menses a sanatione
» paralysis bulbaris, soror Lucia obiit ex pneumonite com-
» plicata cum cardiaco morbo. Verumtamen ipse Peritus iu-
» dicialis hanc obiectionem diluere conatur; et negat omnino
» paralysim bulbarem ortam fuisse ex cardiaco morbo; et
» ratio est, quia tunc opus esset admittere in sorore Lucia

» existentiam arterio-sclerosis, quam admittit et tuetur
» Peritus ad opportunitatem. Sed ipse iudicialis Peritus
» oppuguat existentiam arterio-sclerosis in Lucia, quippe
» ait : *Questa tesi noi l' abbiamo combattuta, mostrando la*
» *impossibilità di processi trombo-embolici, e ritenendo piut-*
» *tosto la degenerazioue del bulbo.* Quod si adfuisset, pro-
» sequitur Peritus, arterio-sclerosis, *avrebbe senza alcun*
» *dubbio potuto diffondersi al cuore, fino a produrre la*
» *morte.*

37. » Ergo, ut patet, tota quaestio, circa perfectam
» sanationem, reducitur ad hoc, nempe utrum adfuerit in
» Lucia arterio-sclerosis ; nam, si haec adfuit, ipse Peritus
» iudicialis fatetur, ab ipsa potuisse oriri paralysim bul-
» barem. Et tunc mors sororis Luciae, duos post fere annos
» a sanatione bulbari, demonstraret, eamdem Luciam con-
» valuisse quidem a paralysi bulbari, non vero a causa
» eiusdem morbi, atque idcirco non fuisse perfecte sanatam.
« Et tunc tota ratio miraculi corrueret. Quod autem non
» adfuerit in Lucia arterio-sclerosis, est opinio Periti iu-
» dicialis, contra quam militat opinio Periti extraiucicialis;
» ergo res clara non est, et fas est dubitare ».

38. Sed de maturo sororis Clairai casu ita loquitur
Consultor alter amplissimus. « Meas haesitationes adhuc non
» tollunt, quae de eius nimis recenti obitu Patronus repo-
» suit. Et primo quidem, acta processus iterum versans,
» in magnam admirationem adveni, cum, in medici Ré-
» gnault iurata depositione, ne verbum quidem, saltem in
» summario nobis exhibito, de Luciae lethali morbo inve-
» nerim, dum ex adverso fere omnes alii testes de eo, prout
» res omnino postulabat, aliquid saltem obiter innuerunt.
» Hinc noscere vellem, quid ipse tempore non supecto di-
» xerit, ad interrogatorium 78, et ad articulum 14, quae
» pronam ei de Luciae obitu loquendi occasionem praebe-
» bant. Sed praeterea omnes alii testes qui de hoc obitu
» loquuntur, ieiunissimis verbis id faciunt. Vix unus vel
» alter, actum fuisse *di una flusione di petto, complicata*
» *con malattia di cuore,* nobis indigitant ; sed cum agitur
» de exclusione relationis inter sanationis et mortis morbos,
» haec gratuita verba simpliciter plus vel minus habent :
» *la malattia non aveva relazione con quella — la malattia*

» *era tutta diversa*. Sed quomodo assertionum harum no-
» scere veritatem possumus, nisi alterius istius morbi ortum,
» phases et cetera huiuscemodi plene noscamus?

39. » Cuius quidam rei gravitatem et ipse Peritus
» iudicialis nunc fatetur, aiens: *Le testimonianze, che af-*
» *fermavano, esser morta di tutt' altro male, escludendo*
» *anche il mal di cuore, non potevano bastarci*. Quod eo
» vel magis dicendum est, cum insuper non desunt indicia,
» quae insinuant, Luciam, interposito inter utrumque et
» sanationis et mortis morbum intervallo, non undequaque
» optima gavisam valetudine fuisse. Id primus innuit me-
» dicus Régnault, in sua iurata depositione: *Ella ha avute*
» *alcune indisposizioni, che non sembrano* (notentur verba:
» non dicit absolute *non hanno,* sed *non sembrano*) *avere*
» *alcuna relazione col suo stato anteriore*. Quod quidem,
» licet per se non magni esset momenti, tamen, simul co-
» niunctum, sive cum minimis illis testium de novo morbo
» depositionibus, sive cum omissa sanatae inspectione, quae
» omnino opportuno tempore defuit, aliquem saltem pru-
» denti viro ambigendi locum relinquunt.

40. » Sed Peritus ad anxietates omnes tollendas no-
» vissimam nunc inducit doctoris Régnault epistolam, qua
» cordis aegrotationem in postremo morbo, ac proinde quam-
» cumque inter utrumque morbum relationem, conatur ex-
» cludere. Sed ante omnia non mihi videtur, epistolam, ex
» quadam, ut ita dicam urbanitate conscriptam (ait enim:
» *questo fatto, sul quale, bene inteso, non ho a pronunziarmi*
» *come medico),* hanc, inquam, epistolam valere, contra
» iuratas quorumdam testium, et datas opportuno ac sa-
» nationi proximiori tempore, depositiones. Et secundo quis
» dicet, post 30 annos, senem doctorem Régnault, nunc
» fere octuagenarium, res vividiori memoria recordari,
» quam antea? Credat Iudaeus Apella: ego non credam.
» Sed tandem aliquando quid dicit doctor Régnault in hac
» recentissima epistola? Dicit simpliciter, se non recordari
» cordis aegrotationem in Lucia: *non ricordo affatto di*
» *aver costatato in essa una malattia di cuore, anteriore*
» *alla polmonite* etc.; et postea: *ma, come ripeto, non ri-*
» *cordo nulla di simile*. Sed in causis gravioribus, ut cir-
» cumstantia aliqua magni ponderis certo excludatur, non

» debet testis asserere, se non recordari circumstantiam
» illam, sed e contra debet taxative recordari, illam non
» extitisse, quae sunt omnino diversa : nam optime con-
» ciliari possunt et non recordatio testis et existentia cir-
» cumstantiae. Non obstante itaque novissimae epistolae
» exhibitione, stat adhuc in suo sobore animadversio, ex
» nimis recenti Luciae obitu primitus deprompta ».

MIRACULUM TERTIUM

Instantaneae perfectaeque sanationis Ludovici Bourdon a caecitate.

41. Ludovici Bourdon caecitatis causa affertur atrophia optici nervi ; atrophiae vero glebae ille ictus, quo, dum inter sodales ludit puer, dexter eius oculus caesus est. Verumtamen hanc, inter atrophiae causas, cum non numerent doctores, nisi retinites antecesserit, prudentius Vir peritus egisset, si, praeter praecipuum usum, huiusmodi doctrinae idoneos auctores in medium attulisset.

42. Etenim sic scribit quidam amplissimus Consultor :
« Si proposito lemmati causam subnecti placeret, unde Lu-
» dovici caecitas processit, haud mihi videtur haec in nervi
» optici atrophia posse constitui, refragante doctore Sau-
» vage, qui, ophtalmoscopio adhibito, nonnisi atrophiae
» initium se deprehendisse declaravit. Tradit quidem iudi-
» cialis Peritus : *Nelle affezioni per causa traumatica non*
» *è da porsi in campo un primo grado di atrofia ; se que-*
» *sta avviene, è completa* (Vot. pag. 19) ; hoc tamen, si ve-
» rum esset, haud ignorasset laudatus doctor, qui propte-
» rea loqui nequivisset, *di un principio di atrofia del*
» *nervo ottico*. Quare opportunum duco, hanc quaestionem
» modernorum peritorum doctrinis ac sententiis magis il-
» lustrari, ut quaevis evanescat dubitandi ratio ».

43. Quod si, illico post percussionem, opticum nervum, uti contenditur, occupavit atrophia, intelligi non potest, quo tandem pacto, quin maiores vires sumeret in

diem, ea, novem post mensibus, nono scilicet ante sanationem die, esset etiam tum in exordiis. Nam octavodecimo mensis decembris die, anno 1883, elapsis nimirum ab infelici casu septem mensibus, simulque novem diebus ante sanationem, doctor Sauvage per ophthalmoscopium caecutientem Ludovici oculum inspexit, atque haec in inspectione invenisse renunciat: « Feci l' esame oftalmoscopico: nel» l' occhio destro constatai una bianchezza della papilla » assai sensibile, per far credere ad un principio di atro» fia del nervo ottico.... Dal lato sinistro, sempre coll'of» talmoscopio, notai anche una certa pallidezza della pa» pilla, ma ben meno accentuata, che per l'occhio destro » (Summ. pagg. 102, 103 § 131). Patronus, quavis ratione ab his angustiis ut evolet, haec alia verba opponit ipsius doctoris Sauvage: « Assolutamente non avevo alcuna spe» ranza per l'occhio destro ecc. » (Resp. ad nov. animadv. pag. 3 n. 119). Quae tamen est doctoris Sauvage existimatio, contra quam res pugnat, quam ipse doctor ope ophthalmoscopii deprehendit, novem ante sanationem diebus, cum morbum maximam vim adeptum esse oportebat.

44. Nam de hoc pueri caecitate ita aliquis scribit ex Suffragatorum amplissimorum coetu: « Non intelligo adhuc, » quomodo conciliari inter se valeant *cecità completa, du» ratura, irreparabile* (Vot. ex off. pag. 13), a iudiciali » Perito admissa, et dolores a Ludovico experti, die na» talis Domini, ac die, qua lucem recuperasse fertur; aliis » verbis, quomodo sustineri valeat et destructio optici » nervi aliorumque organorum visivae facultatis, et dolo» res memorati, qui vitam supponunt. Iudicialis Peritus » scribit, quod *i dolori accusati da Ludovico, nel giorno » della guarigione, anzi che ritenersi per crisi benevola, » devono riferirsi alla recrudescenza del male, ed all' ul» timo fatale stadio della oftalmia simpatica, che è la ce» cità*. Sed Ludovicus iam a pluribus diebus perfecte cae» cus factus erat. Gratuita ergo assertio iudicialis Periti » opportunis rationibus firmari oportet ».

45. Sed alia est diversi generis ratio, quae suadeat, Ludovicum non fuisse caecum, de quaque ita scribit alter P. A.: « Mirum est atque fere incredibile, Eudistarum Con» gregationem inter asseclas cooptasse, uti laicum conver-

» sum, Ludovicum nostrum, quum ipse, iuxta testimonia,
» caecus iam evasisset, quoad dexterum oculum; quum-
» que morbus iam coepisset et sinistrum oculum afficere.
» Ni fallor, nimis claudicat egregii Patroni responsio, qui
» Eudistarum superiores defendit referens, *receptionem eve-*
» *nisse mense iunio, cum adhuc spes sanationis vel melio-*
» *rationis sinistri oculi Ludovici esse poterat, non dicam*
» *propter remedia ab oculariis praescripta, sed ex preci-*
» *bus certe ipsius familiae ac parentum.* O vere mira sa-
» nationis fiducia! At quotquot sunt ordinum regularium
» superiores invoco testes, si huiusmodi receptiones iuxta
» canonicas regulas possibiles dicendae sint. Ludovicus ta-
» men inter Congregationis asseclas fuit cooptatus. Num-
» quid quod actum fuit probat, morbum Ludovici non tam
» gravem fuisse, uti nobis causae Patroni innuunt? »

46. Alium quoque audiamus amplissimum suffragatorem. « Iuvenis Ludovicus Bourdon », ita inquit, « qui pro-
» digiose sanatus dicitur, absque dubio, gravi oculorum
» morbo affectus, per aliquod tempus, lumen oculorum
» amisit; sed nondum clare patet, an amiserit etiam fa-
» cultatem seu virtutem visivam. Et ne longius abeam,
» repetens quae omnibus sunt comperta, haec duo notare
» sufficiat. Si iuvenis Ludovicus realiter caecus evasit,
» quomodo caecus receptus fuit in Congregationem? Hoc,
» meo iudicio, minime advenisset, nisi spes sanitatis af-
» fulgeret. Et haec est ratio, quod nullum laesionis si-
» gnum in eius oculis apparuit, et ideo ipsi ophthal-
» mici in varias et sibi contradicentes abierunt sententias.
» Quid amplius? Ipse iudicialis Peritus haec in suo voto
» habet verba: *Non nego, che la facoltà visiva possa es-*
» *sere grandemente alterata e quasi momentaneamente di-*
» *strutta per perturbazioni umorali* (Vot. pag. 21). Si
» Peritus hoc esse possibile asserit, quis tuto negare pot-
» erit, non esse id, quod accidit in iuvene Ludovico, prae-
» sertim cum ophthalmici nullam in eius oculis invenerint
» organicam laesionem, et varii varia opinaverint? Si, re-
» bus sic stantibus, naturae viribus aliquando, fatentibus
» peritis, virtus videndi reviviscit, quis inficias ierit, hoc
» non evenisse in iuvene Ludovico, cum, ad hoc opinan-
» dum, non dubia suadeant argumenta? »

47. Nam apud alium P. A. haec lego: « Neque per » iudicialem Peritum, neque per Patronum, diluta mihi » videtur gravior contra assertum miraculum difficultas, ea » nempe, quae ex aliqua benevola crisi, quam forsan pro- » ximiores sanationi dolores exterius manifestarunt, caeci- » tatem fuisse ablatam ponebat. Sed noster Lang nimia » indifferentia rem totam per pauca verba dissolvit: *I do-* » *lori accusati da Ludovico nel giorno della guarigione,* » *anzi che ritenersi per crisi benevola, devono riferirsi alla* » *recrudescenza del male, ed all' ultimo fatale stadio della* » *oftalmia simpatica, ch' è la cecità*. Sed, quaeso, recor- » dare, quae superius tradideras: *Il glaucoma ha due forme,* » *che riguardano il suo sviluppo, forma acuta e forma cro-* » *nica: poche parole dell' acuta, essendo stato acuto lo svi-* » *luppo in Ludovico. Abbiamo già esposto, che i prodromi* » *sono caratterizzati dai dolori..... all' improvviso un ac-* » *cesso grave, accompagnato da dolori lancinanti ed insop-* » *portabili, tolgono completamente la vista, ed il tutto av-* » *viene in brevissimo spazio di tempo. Desmarry ci dice,* » *che il glaucoma, avendo proceduto in tal modo, deve con-* » *siderarsi come l' apoplessia del globo oculare*. Sed haec » omnia, scilicet hic subitaneus accessus, haec apoplexis, » ut tu ipse fateris in pagina anteriori (11), complete et » perfecte iam evenerant, die 15 decembris: *Finalmente* » *un attacco vivissimo di dolore tolse la vista anche da* » *quest' occhio*. Hoc itaque die revera complete ac perfecte » iam locum habuerat *l' ultimo fatale stadio della oftalmia* » *simpatica ch' è la cecità*. Quid igitur dolores a Ludovico » expertos, post decem et duodecim dies, diebus nempe » 25 et 27 decembris, sanationi imminentibus, tribuis sim- » pliciter et quodammodo evasive *ad una recrudescenza* » *del male?* ».

48. Tandem, etsi in recognitione, elapso a sanatione mense, peracta, dextera Ludovici papilla aliquanto minus pallescens sit inventa (Novae animadv. pag. 29), dubitari tamen nequit, videndi facultatem, ad perfectam physiologicam conditionem, necdum eo tempore esse restitutam. Quare quidam P. A. haec scribit: « Quoad sanationis per- » fectionem testes periti aiunt: *La papilla presentava una* » *pallidezza apprezzabilissima.... rimaneva ancora una*

» *certa pallidezza.* Hunc pallorem Peritus iudicialis in suo » voto appellat *varietà insignificante.* Verum antea idem » Peritus ex papillarum albedine deduxerat optici nervi » atrophiam et consequentem oculi caecitatem. Quomodo » ergo haec eadem albedo nunc dicenda est *varietà insi-* » *gnificante?* Res explicatione indiget ».

Attamen haec dicta sint sub censura, salvo etc.

Die 10 Februarii 1908.

ALEXANDER VERDE, S. C. Adv.,
S. Fid. Promotor.

BAIOCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

JOANNIS EUDES

MISSIONARII APOSTOLICI

et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae

nec non Ord. B. M. V. de Charitate

PARERE MEDICO LEGALE

Circa la guarigione della giovane LUCIA CLAIRAI *Penitente nel Monastero di N. S. di Carità detto S. Ciro (Rennes).*

Nella causa di Beatificazione del Ven. Servo di Dio Giovanni Eudes è stato proposto come 2° Miracolo la guarigione della giovane Lucia Clairai. Per migliore intelligenza di chi legge, riassumo in poche parole il fatto:

Questa giovane di costituzione piuttosto debole, giunta a 28 anni di età dopo avere sofferto un tumore accompagnato da emorragia in un ginocchio, fu presa da paralisi nella gamba sinistra: ma ciò nonostante proseguì a camminare con l'aiuto delle stampelle e di altre compagne. Dopo circa quattro anni sopraggiunta la paralisi anche alla gamba destra, la giovane fu costretta a giacere a letto, o era collocata sopra una poltrona dove attendeva a lavori manuali, poichè le estremità superiori erano libere.

Questo stato morboso iniziatosi nel terminare dell' anno 1861 proseguì fino all' anno 1870. In quest' anno improvvisamente si manifestò una paralisi della lingua e della retrobocca per la quale rimase impedito alla giovane di parlare e di deglutire. Scorsi otto giorni senza alimento di

sorta alcuna, si cominciò ad introdurre gli alimenti per mezzo della sonda esofagea : questo modo di alimentazione fu proseguito, nonostante le gravissime sofferenze che cagionava all'inferma, per lo spazio di quattro anni. Frattanto la paziente soffriva grandemente per male al capo ed alla spina : era pallida in viso, dimagrata, soggetta a difficoltà di respiro, e passava gran parte delle notti insonni.

A tanti mali si aggiunse un progressivo indebolimento nell' udito fino a rimanere quasi sorda, e pochi mesi prima della guarigione, le si abbassarono le palpebre in modo che nonostante la integrità o quasi dell' organo visivo la paziente non poteva più vedere. Oltre a tuttociò si aggiunsero molteplici piaghe suppuranti e fetide in varie parti del corpo.

La inutilità di rimedi adoperati ed il pericolo sempre crescente per la vita stessa dell' inferma, che aveva già ricevuto i SSm̃i Sagramenti, stimolarono le Suore del monastero a ricorrere all'intercessione del Ven. Eudes, alle quali si unì pure l' inferma sebbene con poca fiducia.

Invece dopo pochi giorni di preghiere una mattina l' inferma si trovò perfettamente guarita d' ogni sua malattia ed in condizioni tali da poter riprendere tutte le sue occupazioni.

Tanto il Perito stragiudiziale, quanto quello di Officio, che hanno esaminato e studiato il fatto, sono concordi nel giudicare che la guarigione di questa giovane non seguì secondo l' ordine naturale e che perciò fu un miracolo : tuttavia non sono concordi nello stabilire la diagnosi della malattia che afflisse per quasi 14 anni la giovane rimanendone libera in modo così inaspettato ; infatti il Perito stragiudiziale fece diagnosi di *Paralisi pseudo-bulbare,* e quello di Officio diagnosticò la malattia per una *Paralisi bulbare.* Rimanendo così incerta la diagnosi, la Congregazione dei SS. Riti stimò opportuno di interpellare altro Perito il quale esprimesse il suo parere in proposito. Saggia risoluzione, quale era da attendersi da così sapiente e coscienzioso consesso, perchè è fuori di ogni dubbio che molto male si potrebbe giudicare se una guarigione possa o no essere attribuita a Miracolo, qualora non sia stabilita con certezza la natura della malattia che costituisce il soggetto del miracolo stesso.

Avendo ricevuto questo incarico così delicato, pur riconoscendo la debolezza delle mie forze, con piena fiducia nel Divino aiuto farò del mio meglio per risolvere una questione così importante.

Studiando attentamente i Voti scritti da ambedue i Periti e mettendoli in confronto con i sintomi presentati dall' inferma e descritti nel processo, mi sono convinto che nonostante la dottrina posseduta dai chiarissimi Colleghi e lo studio coscienzioso da loro fatto del caso, nè l' una nè l' altra diagnosi corrisponda esattamente al quadro clinico presentato dall' inferma. Infatti contro la Paralisi pseudobulbare sta il fatto che non si ebbero mai accessi apoplettiformi, e che la malata in tutto il lungo decorso della sua malattia ha conservato sempre integra la sua intelligenza: e contro la Paralisi bulbare sta il fatto che nella giovane non è dimostrata l' esistenza della paralisi labiale nè quella del laringe. Nè varrebbe il dire che siasi trattato di una forma anormale, perchè quando si voglia stabilire una diagnosi di lesione centrale con sede precisa, è necessario che a questa corrispondano esattamente le lesioni periferiche relative: ma di ciò appresso.

Del resto la giovane ha presentato varî sintomi propri dell' una e dell' altra forma morbosa diagnosticata dai Periti, e così si spiega la diversa diagnosi con tutta scienza e coscienza formulata dai medesimi.

Di questa fatto abbastanza strano, io penso che si possa dare una spiegazione soddisfacente nel modo che vado ad esporre.

In seguito di studi accuratissimi fatti dai Nevrapatologi medesimi si è giunti a determinare con precisione matematica i rapporti che passano tra le estremità periferiche dei nervi e le diverse parti del sistema nervoso centrale, ed in conseguenza si è potuto con esattezza stabilire quale lesione centrale corrisponda a ciascuna lesione periferica, sia essa di senso, sia di moto: così riscontrando una paralisi di senso in un dato punto periferico, si sa in quale parte degli organi centrali esista una lesione, e quando si verifica la paralisi di moto in un dato muscolo, si sa parimenti quale parte degli organi centrali sia lesa: tuttociò naturalmente genericamente parlando. Conseguenza di co-

sifatta precisione anatomo-patologica è stata che i Nevropatologi moderni di fronte ad un malato non si contentano più di fare una diagnosi generica, come p. e. di lesione del cervello o del midollo spinale ecc.; ma vogliono specificarla in modo da indicare con esattezza quale sia la parte centrale lesa; e poichè moltissime sono le parti che possono essere alterate per malattia, così numerosissime ancora sono le malattie distinte in tanti quadri morbosi diversi. Senonchè nel raccogliere i sintomi presentati da un infermo di malattia del sistema nervoso con la precisione voluta da distinzioni così sottili, fa di mestieri un abile specialista che sappia e possa apprezzarli a seconda del loro valore.

Ora nel caso nostro i testimoni imperiti non erano certamente capaci di apprezzare siffatti minuti particolari, e lo stesso medico non essendo un Nevropatologo, non ha tenuto conto di tutti i sintomi presentati dall' inferma, nè ha potuto descriverli con quella precisione che esige la Nevropatologia moderna.

Da tutte queste considerazioni ne segue che i Periti non trovando nel Processo un quadro completo della malattia della cui natura erano chiamati a giudicare, e volendo tuttavia fare una diagnosi rispondente alle odierne dottrine, hanno stabilito una diagnosi che meglio si adattasse al quadro nosologico dato dai Testimonî, e da ciò due diagnosi differenti, le quali tanto più facilmente potevano emergere perchè le due forme morbose nella loro manifestazione esterna si rassomigliano moltissimo, sebbene nella loro entità siano del tutto diverse tra loro.

Quantunque la diagnosi della malattia della giovane Clairai abbia dato luogo a questo diverso apprezzamento per parte dei due Periti; pur tuttavia se si consideri la malattia stessa nel suo insieme senza indagare la precisa sede delle lesioni dell' apparato centrale nervoso, e se ne consideri l' andamento e le lesioni esterne prodotte e le conseguenze inevitabili alle quali andava incontro, non vi è dubbio che la malattia stessa aveva ridotto la giovane in tali condizioni da rendere la guarigione quasi impossibile anche in lungo tratto di tempo, ed assolutamente impossibile la guarigione istantanea, e su questo punto trovasi

concorde il giudizio de' due Periti, nè poteva essere altrimenti.

Ora poichè nel giudicare miracolosa una guarigione fa di mestieri che sia stabilita una diagnosi della malattia che forma il soggetto del Miracolo, per troncare il contrasto sorto fra Periti su la diagnosi stessa, stimerei opportuno di abbandonare la ricerca della precisa sede della lesione centrale, e formulare una diagnosi più generica. Mi spiegherò con un esempio che mi sembra meglio adatto per l'intelligenza di chi è profano all'arte salutare.

Siavi un malato di infiammazione del polmone: un medico coscienzioso e colto non solo farà diagnosi di pneumonite, ma riconoscerà pure la sede precisa e la estensione della lesione prodottasi nell' organo polmonare, e durante il corso della malattia seguirà esattamente le fasi di tali alterazioni. Ma se di questa medesima malattia sia fatta una descrizione da persone imperite, oppure anche da un medico che non abbia raccolto mediante l' ascoltazione quei sintomi che permettono di determinare la sede precisa e la estensione di essa e le sue fasi : un Perito chiamato a giudicare la natura della malattia non davanti al malato, ma su la descrizione suddetta, sarà costretto a limitarsi con la scorta dei sintomi descritti a fare diagnosi di Pneumonite senza determinare se sia stata p. e. della base o dell' apice ecc.

Similmente nel caso nostro, non potendosi stabilire una diagnosi con esatta designazione di sede, perchè i sintomi portati a nostra cognizione non rispondono con tutta precisione ai quadri clinici descritti dai Nevropatologi, io sono di parere che si possa fare una diagnosi generica corrispondente ai sintomi conosciuti e proporrei la seguente :
« Paralisi multiple dovute a lesione organica dell' appa-
» recchio cerebro-spinale ».

A giustificare questa diagnosi sta primieramente il fatto che dalle deposizioni testimoniali è accertato che la giovane ebbe paralisi prima di una gamba e poi di un' altra, inoltre paralisi della lingua e del faringe, e da ultimo paralisi delle palpebre e del nervo acustico : quindi *paralisi multiple.* Quanto alla causalità di siffatte paralisi, non potendole coordinare ad una precisa sede centrale, mi parrebbe op-

portuuo metterle in relazione generica con sede parimenti multipla cioè nell'apparecchio cerebro–spinale, laddove dovevano trovarsi le alterazioni corrispondenti alle paralisi manifestatesi nell'inferma.

Che tale lesione dell'apparato cerebro–spinale sia stata organica e non funzionale, ce lo dimostra il fatto che le lesioni periferiche manifestatesi nella giovane ebbero un carattere progressivo, non ebbero mai alternate remissioni ed esacerbazioni, ed inoltre le lesioni stesse furono di preferenza dell'apparato motore anzichè di quello sensitivo (di quest'ordine fu soltanto l'imperfetta sordità), mentre è notorio che nelle lesioni funzionali è leso di preferenza l'apparato sensitivo. A queste considerazioni non è superfluo aggiungere che il soggetto della malattia non aveva mai manifestato disordini nervosi.

Mi giova pertanto sperare che in seguito di questo mio ragionamento vogliano gli A. P. accettare questa mia diagnosi, la quale se non ha il merito di quella precisione che oggi è voluta da Nevropatologi, d'altra parte ha il vantaggio di corrispondere a tutti i sintomi accertati e non può dar luogo a contradizioni derivanti dall'eccessiva sottigliezza.

Discusso il nome da dare alla malattia non ispenderò molte parole circa il pronostico di essa: mi associo al medico curante ed ai periti stragiudiziali e di officio nel riconoscere che la malata camminava a grandi passi verso il sepolcro: a verun medico potrebbe venire in mente di pronosticare la guarigione di una malata di tal natura. Se a questa intrinseca insanabilità della malattia si aggiunga il fatto che la medesima risanò istantaneamente ed in modo perfetto e stabile, non rimane più nulla a desiderare perchè si giudichi come miracolosa la guarigione della giovane.

Ma la prova del miracolo sovrabbonda ancora ove si consideri che oltre alle lesioni dell'apparato cerebro–spinale guariscono pure istantaneamente molteplici piaghe suppuranti che esistevano nel corpo dell'inferma come si rileva da numerose testimonianze che rendono certa la loro esistenza e la loro guarigione istantanea e completa (Vedasi al Sommario gli Art. 67–68–75–82–93–123–124 – e 14–19 20–27–31–43).

Anche qui si tratta di lesioni materiali ed organiche, le quali ancora più evidentemente non potranno guarire all'istante.

Con questo ha termine il mio studio, mediante il quale spero che venga dissipato ogni dubbio che potesse essere rimasto nella mente degli A. P. circa la natura della malattia donde guarì la giovane Clairai, e sia con piena coscienza approvato un Miracolo che ridondi a maggior gloria di Dio sempre ammirevole ne' suoi Santi.

Roma 19 Febbraio 1908.

Prof. DOMENICO COLAPIETRO.

REVISA

ANGELUS MARIANI S. C. Adv.

S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.

BAIOCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

JOANNIS EUDES

MISSIONARII APOSTOLICI

et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae

nec non Ord. B. M. V. de Charitate

RESPONSIO

AD

ANIMADVERSIONES

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet, in casu et ad effectum de quibus agitur?

Beatissime Pater

1. Gratia utentes, qua ex benigna consuetudine illud Sacro in hoc Foro conceditur ut in causis Servorum Dei qui religiosorum coetuum Patres Legiferi fuerunt, etsi antiquis, tria sufficiant prodigia Beatorum honoribus decernendis, e quatuor in priori iudicii sede propositis tres nunc selegimus sanationes. Hae sunt Iudicialium Peritorum Virorum secundis suffultae sententiis: quapropter spem certam fovemus fore ut prosperum Ioannis Eudes causa tandem aliquando assequatur exitum: quod est in votis. Verum, cum Censor exoptet ut certa quaedam propositarum sanationum *Animad.* § 1.

loca luculentius explicentur, nobis, quippe qui simus nativae veritatis amatores, nihil potius erit quam ei satisfacere.

MIRACULUM I.

Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Mariae Augustinae Chassé, ex Instituto B. M. V. a caritate, a cancro in stomacho.

Animad. § 2. 2. Patri cuidam Amplissimo concitavimus hilaritatem quum in superiori sede diximus Mariam Augustinam in lecto iacentem *semel* a Doctore Régnault fuisse visitatam: *pluries* extra, ideoque ei esse credendum aienti ipsam cancro maligno fuisse affectam. Causae vero hilaritatis suae Suffragator primum in eo ponit quamobrem reputet de maligno tumore nonnisi quum aegrotus in lecto iaceat, posse iudicari: « quaestio est de tumore maligno (haec eius sunt » verba) quem, sua sede attenta, *quando tantum* infirma » iacebat in lectulo, videre (medicus) poterat »: deinde quamobrem contendat obiter Doctorem Régnault visitasse aegrotam, etsi iacentem, cum ipse nullum adhibuisset subsidium medicae artis: « obiter (Régnault) vidit, quia nullo » usus est subsidio artis, ut securitatem nobis praeberet ».

3. At si omnes id genus erant culpae nostrae, quae risum rigido vultui Suffragatoris expresserunt, nullam equidem iustam censurae causam porrigere potuissent. Nam, maturius perpensis rebus, facile intelligitur quam apte sententia, quam tuemur, congruat cum veritate.

4. Medici nequeunt verissime de cancro maligno iudicare, nisi aegrotis in lectulo iacentibus? At Régnault in lectulo iacentem inspexit Augustinam. Testimonium eius est in medio: « ho visitato l' inferma NEL SUO LETTO, » alcuni mesi prima della sua guarigione. Constatai di quel » tempo nel lato sinistro del ventre, la presenza d' un tu- » more *duro*, che io *ritenni* essere di natura *cancerosa* » (1).

---

(1) *Summ. pag.* 24 § 27.

Dicis : « obiter vidit ». Cur obiter? « quia nullo usus est » subsidio artis ». Quodnam subsidium erat adhibendum? explicet Pater Amplissimus. Ut de cancro aequum iudicium fiat sufficit quod *palpatio* adhibeatur : atque hac eadem palpatione vir medicae artis peritus utatur. *Palpavit* Régnault ? sane equidem : « ho visitato l' inferma *nel suo letto*... » *constatai* nel lato sinistro del ventre la *presenza* d' un » tumore *duro* che io ritenni essere di *natura cancerosa* ». Aut haec palpationem significabant : aut homo non sum. – Pariter aut erat Régnault medicus : aut non. Si medicus, isque haud vulgaris notae, necesse est ut teneas *ex artis suae praeceptis* palpasse. Accedit quod medicorum manus, propter assiduum usum, *doctissima* morborum fit pro varietate, ac nescia falli. – Vehementer igitur erras quum dicis : « obiter vidit ».

5. Quin autem una visitatio satis sit maligno cancri ingenio secure deprehendendo haud dubitat Pater Amplissimus, idque plane iudicialis Peritus affirmat : « *una* visita medica, » fatta secondo le regole dell' arte, è BASTEVOLE *per co- » staturne* (cancri) *la durezza, per valutarne il volume, e » per precisarne l' estensione* » (1). Hoc ipsum Doctorem Régnault *reapse* praestitisse nuper gravibus argumentis probavimus, ita ut minime in rem, de qua agimus, cadat illud eiusdem Amplissimi Patris aientis : « *a posse ad esse » non datur illatio* ».

6. Ac Doctorem Régnault haud obiter de maligna cancri natura iudicasse manifestum fit etiam ex reliqua testimonii parte, quod perhibuit Régnault : « L' AGGRAVA- » MENTO PROGRESSIVO *degli accidenti fino alla vigilia » della guarigione*, m'indusse *più tardi* a supporre (idest, *etiam » confirmare*) che *questo apprezzamento* (nempe iudicium pri- » mitus institutum) *era fondato* » (2). Porro verborum hic genuinus est sensus : *semel* in lectulo iacentem Augustinam ab ipso medico fuisse inspectam : saepe saepius tamen *extra lectulum :* pariter eum mentem oculosque sedulo constan-

(1) *Vot. Iud. pag.* 25.
(2) *Summ. pag.* 24 § 27

terque omnibus *progredientis morbi symptomatibus* adiecisse, idque non uno aut altero fecisse die, sed *menses plures, donec* Augustina convaluit. « In quanto al tumore (iudicialem Peritum loquentem inducam) « è vero che una sola
» volta egli visitò la sanata in (lectulo) e precisamente
» quattro o cinque mesi prima della guarigione: ma non
» è meno vero però che la vedesse e la visitasse *frequente-*
» *mente, stando in piedi, ne seguisse le diverse fasi, ne stu-*
» *diasse l' andamento sempre* PROGRESSIVO *del morbo da*
» *confermarlo sempre più nel suo giudizio, tanto da fargli*
» *dire che appunto dall'* ACCRESCIMENTO *degl' incidenti*
» *morbosi trovava il consolidamento del suo* apprezzamento
» medico » (1).

7. Si igitur non quilibet vulgaris homo, sed vir medicae et chirurgicae artis plane consultus, in *lectulo* primum *palpando* inspexit aegrotam: si deinde per *menses plures* mentem singulis symptomatibus intendit quae progredientem morbum sunt comitata; ac tum denique si post hanc diligentem longamque inspectionem ex medicae artis praeceptis institutam, dixit Augustinam cancro maligno fuisse affectam; nonne falleretur is qui contenderet de cancro maligno obiter a medico fuisse iudicatum? nonne frustra niteretur qui pervicaciter asseveraret coecam, non prudentem, hanc esse fidem quam damus libenter medico?

8. Etenim maligni cancri stomachum afficientis symptomata *vomitu* continentur, qui *sanguine* concretus sit: *debilitate corporis* in *maciem* augescentis in diem: *pallore vultus,* qui *paleae* aequet colorem: *cibi fastidio:* ac *tumore*. Haec atque id genus alia haud ullum, ne profanum quidem, hominem fallere possunt. Si vero huic symptomatum cumulo, per menses plures ad fastigium progredientium, rite inspecto *palpatio* accesserit, eaque qualem medicae disciplinae exigunt praecepta, cur fidem medico denegabimus? Nonne « *l' accrescimento progressivo degli accidenti morbosi* » in *maciem* omnino desiverat ac prorsus consumpserat Augustinam? Quis igitur serio de natura morbi poterat dubitare?

(1) *Vot. Iud. pag.* 24.

9. Ceterum has, quae nuper a nobis descriptae sunt, esse certas maligni cancri notas Iudicialis Peritus clare demonstravit: « vediamo (in Augustina) primeggiare dei » *fenomeni morbosi* di alta importanza clinica: *i disturbi* » *digestivi, e l'avversione ai cibi,* in specie della carne » (dispepsia ed anoressia): dolori *esacerbantisi all' inge-* » *stione degli alimenti* (gastralgia): *vomiti sanguigni di* » *materie putride esalanti un pessimo odore* (ematemesi): ... » un *dimagramento notevole, un esaurimento estremo delle* » *forze congiunto ad un colorito giallo-paglia della pelle* » (cacchessia cancerosa). Ora L'INSIEME E LA RIUNIONE » *di tutti questi accidenti morbosi in un medesimo soggetto,* » costituisce un quadro sintomatologico *proprio, esclusivo,* » e veramente *caratteristico* di *un carcinoma dello sto-* » *maco*. . . E che io dica il vero e non m' inganni, sen- » tiamo il parere di celebri e valenti autori che hanno par- » lato e descritto questa terribile malattia . . . . » (1). His positis, quid mireris? nonne diagnosis aeque constitui poterat?

10. Ne omnium scriptorum sententias, quos Iudicialis Peritus recensuit, in medium referam, unum Sansoni nominabo. Hic quae memoravimus aptissima esse subsidia diagnosi instituendae significavit, quum dixit: « in un » discreto numero di casi e *ad un periodo piuttosto* » *avanzato della malattia, la diagnosi di carcinoma ga-* » *strico è* DELLE PIÙ SEMPLICI. Un individuo adulto, » che offre *un alto grado di denutrizione,* che *soffre di* » *anoressia completa, che è tormentato da vomiti nerastri* » *o semplicemente alimentari,* che presenta *alla palpazione* » *del ventre un tumore* DURO, *bernocoluto e dolente,* è » affetto, *si può affermarlo con* CERTEZZA *quasi* ASSO- » LUTA, *da un* CANCRO ALLO STOMACO » (2). Quid igitur amplius quaeris? Nonne plura expetere idem est ac solem augusto mense desiderare? nonne diagnosis, his positis, aeque constitui poterat?

11. Haec eadem opponimus alteri ex PP. AA. qui in § 9 Animadversionum miratur « quod officialis Peritus ex

(1) *Vot. Iud. pag.* 6.
(2) *Malattie dello stomaco Volume II pag,* 570-571.

» unico brevissimoque testimonio Doctoris a curatione, exi-
» stentiam deducat tumoris cancerosi in stomacho ». Etenim ex iis, quae huc usque persecuti sumus, illud confirmatur in Doctoris Régnault testimonio (ubi penitiori intuitu consideretur) nihil deesse quod ad conficiendam diagnosim apte conguenterque conducat. Duobus ex subsidiis is diagnosim suam instituit: *ex palpatione* et ex « aggravamento *pro-*
» *gressivo* degli *accidenti* (nempe symptomatum) fino alla
» vigilia della guarigione ». —

Animad. § 9. 12. Palpationem praetermitto: diu de ea locuti sumus. Symptomata quae « *accidenti* » a Doct. Rêgnault appellantur, *ipsemet* partim in testimonio suo recenset. Fusius vero eadem omnes uno ore testes enucleate ac singillatim illustrant ita ut Iudicialis Peritus aperte significet ex horum testimoniorum congerie luce meridiana clarius emergere « la *coerenza, la concordia e la uniformità dei testimoni* » ac « *primeggiare fenomeni morbosi di alta importanza cli-*
» *nica* », quippe quae *naturam cancri* omnino constituant.

13. Ad haec quid Suffragator Amplissimus? « quae
» ceteri testes de cancro referunt, a doctore Régnault ac-
» cepere. Adde quod hi testes omnes, quotquot sunt, mo-
» niales sunt a Caritate, in causa propria testantes (agitur
» enim de proprio Fundatore); quae circumstantia, quamvis
» ius minime laedat, non tamen despicienda videtur »
(Anim. § 9). Verumtamen haud cum eo sentio. Nam si testes, qui de cancro enarrant, reapse a doctore Régnault acceperunt, quid ulterius quaeres ab eo? cur testimonium huius brevissimum dices, cum contra compleatur ex iis quae ipsemet ceteris testibus significaverat? Directe ab ipso perhibitum, aut oblique per testes datum, semper medici a curatione authenticum testimonium est, idque non breve, quin etiam omnibus suis numeris absolutum. *Frustra igitur petis quod intus habes.* — Sed cave ne exaggeres. Is non sum qui negem nonnulla symptomata testes retulisse, quae candide fatentur se a Doctore Régnault derivasse: idque peropportune cum eo firmior evadat diagnosis, quam ille constituit. Sed plura eaque praecipua symptomata sunt, quae *suis oculis* ipsi testes inspexerant. Summarii tabulae docent quantum haec; quae contendimus, sint coniuncta cum veritate.

14. At testes erant moniales a caritate in causa sua testantes : « agitur enim de proprio Fundatore ». Ius equidem novum ac peregrinum ! Quandonam moniales reiectae sunt a testimonio perhibendo in causis suorum Legiferorum Patrum ? Superioribus annis causa Gerardi Majella feliciter absoluta est, etsi Ligoriani sodales veluti testes de propositis prodigiis inducti atque excussi fuissent. Hoc idem in causa Ioannis Baptistae de Lassalle, Clementis Mariae Hofbauer aliorumque praestitum est: idque semper exitu rerum felici. Quid igitur?

15. Numne ignorat P. A. quod iuris consulti hac de re apertissime tradunt? « *non debent qui sunt ex universitate, repelli a testificando* (sic Pignatelli), quasi pro » causa propria testificaturi sint: quia *causa universitatis » non est causa singulorum universitatis* » (1). Quod Benedictus XIV omnino probavit : « *instar testium de universitate* » asserentium in causa Universitatis passim sustinetur testes *Religiosos testimonium* reddere *posse in causa Beatificationis et Canonizationis Servi Dei vel Beati eiusdem » instituti . . . . Nec obstat suspicio affectionis : illa » enim purgatur per iuramentum testis* » (2). Nonne igitur plena sunt dignae fide moniales ?

16. Pater Amplissimus, rediens ad Doctoris Régnault testimonium, urget dicens : « agitur de suppositione, non » de certitudine cancri » cum Doct. Règnault illud affirmet : « *constatai* nel lato sinistro del ventre, la *presenza d' un » tumore duro* che io ritenni essere di natura cancerosa : » *l' aggravamento progressivo degli accidenti* fino alla vigilia » della guarigione, m'indusse più tardi a supporre che questo apprezzamento era fondato ». Sed si integrum orationis contextum attente consideraveris, senties verbum illud « *supporre* » esse rationem quamdam gallice loquendi, haud proprie italice redditam : atque, omnibus rerum adiunctis rite perpensis, idem valere ac « *pro certo habui* ». — Ceterum, si antea ex sola palpatione de tumore dixerat « *lo ritenni* essere di natura cancerosa », nonne firmior debuit

(1) *Cons.* 194 *tom. I.*
(2) *Lib. III. C. VI N.* 13.

postea esse eius opinio, perpenso « l'aggravamento progres-
» sivo degli accidenti? ». Agitur de verbo improprio: sed sententia et mens dicentis inspicienda est. « Spiritus enim » vivificat: littera autem occidit ». – Iure itaque Iudicialis Peritus: « non fu il medico Régnault che *un anno prima* » *della sanazione, caratterizzò* (la malattia) *per un* CAN- » CRO? non fu il medico Régnault che, *un quattro o cin-* » *que mesi prima della guarigione,* visitandola in letto, » constatò la presenza del tumore e ne confermò il giudi- » zio? Se dunque in tutto questo lungo tempo, il giudizio » del curante NON *fu mai incerto, reticente e titubante,* » *ma certo, sicuro e positivo,* domando: *dove* attinse con » tutta certezza e verità il suo giudizio? » (1). Ac reapse numquam Doctorem Régnault de cancro dubitasse omnes affirmant testes. Porro I: « UN ANNO PRIMA *della guari-* » *gione* (mentis aciem intendat P. A.), UN ANNO PRIMA » *della guarigione, il medico aveva* POSITIVAMENTE (in- » tellige) *dichiarato che* TRATTAVASI *di un* CANCRO » (2). Et II: « Il Dottore dichiarò POSITIVAMENTE *che era* » *un cancro* » (3).

Animad. §§ 3 *et* 15. 17. Censor Doctorem Sabatucci, quem nuper desideramus extinctum, coarguit cum dicat ipsum in sententia sua exaranda « non raro a naturali significatione facta detor- » sisse ». (Anim. § 3). Quod fere alter ex AA. PP. insinuare conatur cum traducat ipsum Peritum quasi plus causae actoribus, quam veritati studuisse. Sed ut Vindex Iuris et P. A. probent verum esse quod dicunt, facta detorta indicent oportet. Nostri muneris erit contra demonstrare.

18. « Doctoris Régnault (id Censor et A. P. opponunt) » quae in Summarii 24 pagina exscripta sunt, relatis verbis, » Peritus Iudicialis subiicere cogitur: – Ma questo è troppo » poco, e non basta » (Vot. pag. 2); et aliquanto inferius: « Più innanzi ho accennato già, che la deposizione del me- » dico Régnault, sebbene sia di gran valore, pure dice

(1) *Vot. Iud. pag.* 25.
(2) *Cf. Iud. pag.* 3.
(3) *Ibid.*

» poco, e lascia molto a desiderare, essendo troppo pretta » e troppo generica » (Anim. § 3). Quo tamen haec obiecta spectent, non video. Mens Iudicialis Periti haec utique est ut dicat ipsius Doctoris Régnault testimonium esse concisum: verumtamen clarum, ac cum ceterorum testium dictis compleri posse. Etenim sentit cumulum testimoniorum esse efficiendum. Porro locum, quem ex Periti Iudicialis sententia, excerpsit suum in lucrum Censor, haec sequuntur verba quae in eadem sententia sunt, ac Iuris Vindex et P. A. omiserunt: « ad ottenere questo intento (nempe ad concisum testimonium » complendum) è impossibile non udire le *deposizioni dei* » *testimoni* » (1). Atque etiam: « basta esaminare i sintomi » accusati dalla inferma e deposti dai testimoni, per ac- » certarsi, senza tema di errare, che lo stomaco fu quello » che venne prevalentemente e di preferenza leso ed at- » taccato. Di fatti la dispepsia, l' anorresia, le gastralgie, i » vomiti di materie mucose, biliose ed alimentari, sono » tutti sintomi che si *formano nello* STOMACO e che dallo » stomaco dirittamente procedono » (2). Ac simul in paginis 2, 3, 4, 5 et 6 sententiae ab eodem iudiciali Perito exaratae, symptomata referuntur a ceteris *octo* testibus enarrata.

19. Quid hac in re, quaeso, quod cum iuris normis plane non congruat? Non dixit Peritus ex testium dictis cancri diagnosim conflari non posse. Dixit quod uni testi deest, ab altero afferri teste, atque ex cumulo veritatem esse eliciendam. Quid mireris? Numne haec iuris praecepta servare idem est ac non veritati inservire? Quo in codice sancita est haec erroris opinio?

20. Sed novam artis medicae praecepta a Censore audite: dolorem, cibi fastidium ceterasque subiectivas, quas vocant, significationes parum valere: obiectivas adhiberi oportere quae physicis experimentis perspici queunt. At nonne supra cum scriptore Sansoni ostendimus *maciem, cibi fastidium*, et *vomitus*, quae tamen sunt subiectivae morbi significationes, satis esse diagnosi *cancri* consti- *Animad.* *§ 4.*

(1) *Vot. Iud. pag.* 2.
(2) *Ibid. pag.* 12.

tuendae? Nonne id omnes scriptores probant? Nonne Iudicialis Peritus id eruditissime demonstravit? Quum morbus « ha *spiegato tutto il corredo del quadro clinico,* come è » avvenuto nella nostra sanata, è IMPOSSIBILE *errare e* » *prendere abbaglio* » (1).

21. Ex cancri obiectivis significationibus Censor in Augustina haematemesim desiderat: cuius symptomatis proprias notas, scriptores secutum, Iudicialem Peritum recte enumerasse concedit: sed negat in Summario descriptas extare « cum acta iudicialia sileant, ac praecipue Doctor » Régnault, qui tali in re unicus erat testis ». Etsi sileat medicus, tamen ex omnium symptomatum cumulo, quae Augustina praesetulit, nullum aliud est in quod magis consentiant testes, quam in haematemesim. Etenim uno ore affirmant eam saepe evomuisse ac vomitum sanguine fuisse commixtum. Summarii tabulae praesto sunt. Porro testis I: « Essa vomitava bile, bava e *materia sanguino-* » *lenta* » (2). Et II: « provava vomiti... e *sbocchi di san-* » *gue* » (3). Et IV: « vomitava *sangue* anche senza aver » mangiato, ed allora non vi *era che sangue* » (4). Pariter sanata: « vomitavo *sangue putrido* » (5). Ac tum denique VIII Testis: « vomitava anche del *sangue* » (6).

22. Ceterum haud oportet sanguinem, quem cancro stomachi affecti evomere solent, similem necessario semper esse potionis arabicae subsidentiae. Utique in hoc morborum genere fieri potest « che il sangue (qui gignitur ex » haemorrhagiis cancrorum), giunto nello stomaco, si decom- » ponga: da ciò deriva quel noto aspetto di fondo di caffè ». At incidere quoque potest ut sanguis haud diu in stomacho consistat nec tempus habeat se dissolvendi. Tunc *subito* evomitur sanguis ipse, notas suas fere integras servans.

---

(1) *Vot. Iud. pag.* 26.
(2) *Cf. Vot. Iud. pag.* 3.
(3) *Ibid. pag.* 3.
(4) *Ibid. pag.* 4.
(5) *Ibid. pag.* 5.
(6) *Summ. pag.* 5.

Ipsemet Sansoni, cuius sententiam nuper adduximus, docet, etsi sint vomitus « *semplicemente alimentari* », dummodo non desiderentur macies, cibi fastidium ac tumor durus, haec sufficere ad cancrum admittendum.

23. Quum sedem tumoris Censor et alter ex PP. AA. perpendere aggrediuntur, mirantur quod Doctor Régnault dixerit tumoris sedem in fovea iliaca consedisse. Ideoque ambobus manibus contendunt tumore ipsam iliacam foveam, non stomachum Augustinae fuisse affectum. Verumtamen quam vehementer ipsi fallantur opinione sua, ex eo infertur quod *omnium symptomatum* cumulus (neque erat exiguus) quae aegrota praesetulit, *nonnisi* ad cancrum stomachi potest referri. Damus Régnault articulo « *della* » fuisse usum, quum dixit « tumore della fossa iliaca » : at (vide absurda) quinam alius tumor in hac fovea iliaca fingi potest nisi *ovaricus?* etenim ovorum organa ibi consistunt. Sed *tumorum ovaricorum* quaenam symptomata? *Animad. §§ 5, 6, 7 et 8.*

24. De his Koënig scriptorem florentissimum loquentem audite: « I *sintomi,* che sogliono suscitare i *tumori ovarici* nelle pazienti, sono di natura molto differente. Qualche volta si vedono ammalate con tumori molto grossi a lento sviluppo, i quali fino allora *non diedero alcun disturbo soggettivo.* Un'altra volta compaiono già presto segni *di pressione sugli organi del bacino, sulla vescica, come sui nervi che passano pel bacino, sull'utero. Disturbi uterini* vengono lamentati, specialmente nel caso di disturbi infiammatorii precoci nel tratto fra il tumore e l'utero. Non sempre esistono disturbi di mestruazione, ed in molti casi ha luogo perfino il concepimento. Se cresce il tumore, allora possono scomparire completamente tutti i sintomi di pressione sollevandosi esso dal bacino nella cavità dell'addome. Ma col tempo si presenta un senso molesto di peso, come pure sintomi di pressione sull' intestino e sulla parete della vescica. Specialmente i disturbi della funzione del canale gastro-intestinale si trovano con una certa regolarità nei tumori più grossi, e mentre è impedita in tal modo la digestione, *è resa difficile l'emissione delle feci,* e contemporaneamente il rapido aumento del contenuto dei tumori cistici sottrae grande quantità di sostanza azotata alla nutrizione.

» Per lo più, anche per la pressione molto aumentata che » pesa sui reni, succede *una diminuzione della secrezione » urinaria,* cosicchè ogni giorno vengono emessi solo tre o » 400 cmc. di un'orina molto concentrata. La compressione » diretta sui due ureteri può produrre una completa riten- » zione d'urina. In questo tempo *non mancano ancora i sin- » tomi di compressione sui polmoni e sui vasi. La respi- » razione si fa sempre più difficile: nel peritonéo compare » ascite libera* oltre al tumore ovarico, e gli ingorghi ve- » nosi nell'addome, parlano del disturbo del circolo venoso » di ritorno. In seguito a tutti questi sintomi di nutrizione » disturbata, di disturbi di circolo e di ostacolo allo scam- » bio gasoso nei polmoni, *può succedere la morte, ed » in questi casi per lo più coi sintomi di edema polmo- » nare* » (1).

25. Haud opus est artem medicam profiteri ut intelligas nullum simile fuisse symptoma in illorum symptomatum cumulo, quae Augustina praesetulit. Quod etiam in superiori sede fuse ostendimus. Unum igitur restat ut sententiam a Perito Iudiciali editam tuto amplectaris: scilicet cancerosum stomachi tumorem, eo quod praeter modum sese volumine explicuerat, etiam ad iliacam foveam in Augustina fuisse protentum.

26. De simili extensione nihil est quod dubites. Ipsius Periti Iudicialis argumenta, si nulla praeiudicata opinione perpenderis, summa nitent luce veritatis.

27. Porro « la Superiora del monastero (sic ille) de- » pone: — ho visitato la parte malata, non vi era posto, » ma soltanto *un tumore,* che ho notato almeno *tre o quat- » tro volte* » (Sommario pag. 20). La sanata: « *Era una » grossezza,* un *tumore durissimo* » (Somm. § 95). Da » queste due deposizioni già veniamo a conoscere che il » tumore aveva GUADAGNATO una GRANDE ESTEN- » SIONE. Sappiamo inoltre che i tumori cancerosi possono » acquistare *diverse forme o grandezze:* dalla *grossezza di » un uovo di piccione* possono prendere quella di un *pugno*

(1) *Koenig — Tumori dell' utero e dell'ovaia — Volume II pag.* 193.

